

enunciationum in primâ figurâ, ut Major sit universalis negans, minor verò universalis affirmans. Huc referri solent etiam syllogismi, in quibus propositiones sunt singulares, ut Major sit negans, minor affirmans.

SOPHISMA I.

Nullus credens dum credit est incredulus.

O. homo est credens dum credit. E.

N. homo est incredulus.

Conclusio est falsa. Resp. In hoc sophismate latent termini quinque; quod facile intelligi potest ex illis, quæ circa primum præcedentis capituli adducta sunt. Limitatio enim illa seu restrictio, *dum credit*, ad prædicatum referenda est, quod si sit, quinque termini manifestè apparent. 1. *credens*. 2. *incredulus dum credit*, nam restrictio pertinet ad prædicatum, illudque restringit ad subjectum. 3. *homo*. 4. *credens dum credit*. 5. *incredulus*.

SOPHISMA II.

Nullum peccatum est fides.

In omni homine est peccatum. E.

In Nullo homine est fides.

Similiter:

Nulli electi sunt reprobi.

B

in